



SECTIO VIII.

S Y R U P I.

Syrupus de althaea.

℞ **R**ad. althaeae vncias tres.
Aquae fontanae libras sex.

Coque ad tertiae partis consumptionem, ad-
dendo sub finem coctionis

Glycyrrhizae vnciam vnam.

Herbae trichomanis fescunciam.

Colaturae subsidentia depuratae adde

Sacchari albi libras sex.

Coque leni igne, assidue agitando, donec
fiat syrupus, qui vicem quoque supplet syrupi
peccoralis.

Syrupus e cortice aurantiorum.

℞ Cort. exter. aurantiorum recentium vncias
sex.

Aquae fontanae bullientis libras tres.

Infunde per noctem in vase clauso, et colaturae
subsidentia depuratae adde

Sacchari albi duplum pondus.

F. sine coctione syrupus.

Syrupus

Syrupus balsamicus.

℞ Syrupi communis libras duas.

*Recenter facto, et ab igne remoto, quum paene
refrixit, immisce paullatim*

Tincturae Tolutanae vnciam vnam.

*Agitatione perficiatur mixtura. Dein syrupus
detineatur in B. M. donec exhalet spiritus.*

Syrupus caryophyllorum.

℞ Flor. recent. caryophylli hortensis, vnguibus
refectis, libram vnam.

Aquae fontanae bullientis libras tres.

Macera per noctem. Colaturae adde

Sacchari albi pondus duplum.

Fiat syrupus sine coctione.

Syrupus communis.

℞ Sacchari albi,

Aquae fontanae ana p. ae.

Fiat coctione syrupus.

Syrupus Kermesinus.

Paratus e Gallia australi aduebitur.

Syrupus e succo limonum.

℞ Succu limonum depurati libras duas.

Sacchari albi libras quatuor.

Fiat syrupus sine coctione.

Syrupus

Syrupus papaueris albi, seu de meconio, vulgo diacodion.

℞ Caputum papaueris hortensis mediocriter maturorum, modice siccatorum, vncias quatuordecim.

Aquae fontanae bullientis libras octo.

Macerentur per noctem, tum coquantur ad medias. Colaturae fortiter expressae adde

Sacchari albi libras quatuor.

Coque ut fiat syrupus.

Syrupus rosarum pallidarum.

℞ Flor. recent. rosarum pallidarum libram vnam.

Aquae fontanae bullientis libras tres.

Macera per noctem, et colaturae adde

Sacchari albi libras duas.

Coquendo fiat syrupus.

Commode quoque fit hic syrupus post destillatam aquam rosarum ex liquore residuo a saecibus depurato.

Syrupus de rosis siccis.

℞ Rosarum rubrarum sicc. sēlibram.

Aquae fontanae bullientis libras quatuor.

Macera per noctem; dein, post breuem ebullitionem, fiat colatura, cui adde

Sacchari albi libras sex.

Coque ut fiat syrupus.

Syrupus

Syrupus scillitici.

℞ Aceti scillitici libras duas.

Sacchari albi libras quatuor.

F. *sine coctione* syrupus.

Syrupus de senna et rheo.

℞ Passularum minorum vncias duas.

Aquae fontanae libras quatuor.

Coque ad quartae partis consumptionem. In decocta feruente infunde per noctem, in vase clauso,

Fol. fennae vncias duas.

Rhei incisi vnciam vnam.

Zingiberi contusi drachmas duas.

Colaturae, subsidentia depuratae, adde

Sacchari albi libras tres cum semisse.

Coque leni igne vt fiat syrupus.

Syrupus de spina ceruina, seu rhamno cathartico.

℞ Succī depurati baccarum maturarum spinae ceruinae libras sex.

Sacchari albi libras quatuor.

Coque vt fiat syrupus

Syrupus

Syrupus violarum.

℞ Flor. violarum martiarum recentium libram
vnam.

Aquae fontanae bullientis libras tres.

*Macera per noctem in vase victili vitreato bene
clauso. In colatura solve*

Sacchari albi duplum pondus,
ut fiat sine coctione syrupus.

Syrupus zingiberi.

℞ Zingiberi incisi et contusi vncias tres.

Aquae fontanae bullientis libras tres.

*Macera per noctem in vase clauso, dein post bre-
uem ebullitionem fiat colatura, cui subsidia de-
puratae, adde*

Sacchari albi libras quatuor.
ut fiat syrupus.

CANONES GENERALES

PRO CONFICIENDIS SYRVPIS

I. Saccharum, quod syrupis non coctis admis-
cetur, coquatur prius cum aqua ad tabellati spif-
situdinem, clarificando cum oui albumine et de-
spumando, aut sumatur Saccharum purissimum.
Mel liquecat in B. M. ut despumetur.

II. Lice

II. *Licet ad hos syropos duplum sacchari pondus ratione liquoris requiratur, minus tamen ut plurimum sufficit. Soluatur itaque primum sacchari par quantitas, deinde paullatim iniciatur saccharum pulueratum, donec intactum in fundo maneat, quod leni calore B. M. dissoluatur.*

III. *Syrupi acidi, aut ex succis fructuum, non immittantur vasis ahaeneis, nisi stanno obductis.*

IV. *Quidquid circa decocta traditum est, ad decocta syroporum quoque pertinet. Vegetabilia et in decoctis et infusis sint siccata, nisi recentia disertim expetantur.*



SECTIO